



**BREVIS|| INSTRVCTIO|| AD CORROBORAN-||DOS AC  
IVVANDOS MO-||RITVROS, EOS PRAESERTIM|| qui ob  
flagitia sua, publica Iudi-||cum sententia morti ad-||dicti  
sunt:||**

**Isella, Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1588**

**VD16 I 344**

Articulus XII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60044](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-60044)

## 62 INSTRVCTIO AD

*Via æmula.  
die addēda.* Finita hac consideratione , ostendant Fratres, se sancta quadam vri æmulatione, ipsique captiuo quodammodo inuidere, quod moritur , quomodo mortuus est eius Dominus , & tot sancti Martyres: quod tempus habet se præparandi tam præmeditatū: quod securus est , se non moritum ex improviso , & quod habet occasiōnē (vt diximus ) gratificādi Domino Deo, B. Mariæ Virgini, Angelo custodi, Sanctis alijs , totique cœlesti Curię, qui omnes desiderant , & promouebunt eius salutem suis intercessionibus , si mortem solūm constanter & prompto animo velit sustinere.

Potest etiam his subiungi; Quod si secus fecerit illum debito suo non satisfactum , & tanto merito priuandum : Dæmones gauisuros qui nihil aliud optant , nihil magis cupiunt, quam perditionem eius: & cōdemnabitur cū illis ad pœnas Inferni sempiternas.

*Articulus XII.*

*Christū B.  
Mariam, San  
cosq; om-  
nes captiui  
animam ex-  
p̄cere.* Admonendus est postea captiuus, vt à prædictis considerationibus oculos suos non nihil auertat , eosque ad fidem tollat, & videat, quomodo benignus

IVVANDOS MORIENTES. 63

nignus Dominus noster stat paratus,  
ad illum adiuuandum, quodque ma-  
gno cum desiderio eius oblationem  
præstolatur, si voluntariè, & cum gau-  
dio moriatur, vt patientiam eius re-  
muneret, eique coronam æternæ vi-  
tæ imponat.

Expectare hanc oblationem Regi-  
nam cœli, vt videat effectum suæ in-  
tercessionis, qui est salus nostra. Expe-  
ctare hanc Angelos, vt diligens eo-  
rum custodia tādem suum finem for-  
tiatur: qui est, vt salui efficiamur, &  
muri Hierusalem reædificantur. Ex-  
pectare Sanctos, vt percipient fructū  
suorum meritorum, & intercessio-  
num, & citò compleatur numerus  
electorum. His ita dictis, nil aliud re-  
stat circa captiuum faciendum, quàm  
vt captiuus dicat:

Domine mi, gratias ago tibi, Oratio, sem  
vitæ obla-  
tio.  
quod pro tua sola infinita bonitate,  
& non propter meritum meum, di-  
gnatus es mihi concedere singulare  
hoc beneficium, & hanc mortem ob-  
ire mihi præcipis, cùm alioquin iu-  
stè me reprobare potuisses; cùm te  
præter modum nimis offenderim; po-  
tuissesque me alia morte subitanea, &  
im-

osten-  
ri æ-  
dam-  
quo-  
is, &  
s ha-  
tatū:  
trum  
afio-  
nino  
rusto  
urię,  
ouc-  
oni-  
er &

od si  
n fa-  
uan-  
nihil  
unt,  
nna-  
npi-

uus,  
ocu-  
e ad  
vbe-  
nus

64 INSTR VCTIO AD

improuisa, sine præuia præparatione,  
in mala tua gratia, hinc rapuisse. Et  
nunc oro te per eandem bonitatem  
tuam, dignare exiguam hanc pœnā  
accipere in peccatorum meorum re-  
missionem. Quia verò mors mea ni-  
hil est, in comparatione eorundem  
criminum meorum, quæ sunt infini-  
ta; dignare benignissime Redemptor  
mi, illam acceptare, per infinitum me-  
ritum sanctissimæ passionis & mortis  
tuæ; per merita quoq; benedictæ Ma-  
tris, Sanctorum Angelorum, omni-  
umque ciuium cœlestium. Doleo Do-  
mine, & quidem ex animo, quod non  
merui vitam meam alio modo pro  
obsequio tuo amittere, sanguinē sci-  
licet fundendo cum Sanctis Martyri-  
bus pro nominis tui confessione, aut  
pugnando contra Turcas, aliosq; no-  
stræ fidei inimicos. Sed quia indignus  
his ego sum, ecce denudò tibi hāc mor-  
tem offero, & lubens amplector, tan-  
quam peccatorum meorum suppli-  
ciū, qui plus quod offerā non habeo.  
exiguo hoc igitur contentus esto, &  
desiderium plus dandi obsecro accep-  
tum tibi sit; illud autem desiderium  
michi datum augmentare in me, &  
con-

IVVANDOS MORIENTES. 65  
confirmare precor ne dedigneris.

Cum damnatus sacrificium hoc  
Deo nostro gratissimum obtulit, Fra-  
tres animum eius erigant, dicentes,  
quod ob hanc moriendi pro peccatis  
suis promptitudinem, ob finem offen-  
dendi Deum iam factum, & ob des-  
iderium martyrij (si liceret) subeundi,  
sperare debet, se certò participem fo-  
re Sanctorum Martyrum essentialis  
meriti: cum enim benignissimus De-  
us noster promptior sit ad remune-  
randum, quam ad puniendum: si pu-  
niat desideria rerum malarum, etiam  
remunerabit desideria rerum bona-  
rum. Ad huius rei fidem faciendam  
adduci possunt exēpla & testimonia.

*Articulus XIII*

Cum iam damnatus sese prompto  
animo ad mortem obtulit, & iam se-  
se diuinæ tradidit voluntati, operæ-  
premium factum sunt Fratres, si illum  
magis, magisque in spe confirmant:  
ea enim virtus potissimum requiri-  
tur in hoc ultimo certamine. ad id au-  
tem utilius faciendū, adduci possunt  
exempla, testimonia, & similitudines  
sacræ Scripturæ. Exemplum Dauidis,  
boni Latronis, & aliorum. Similitu-  
dines,

Damnatus  
in spe confir-  
mandus est.

<sup>2. Reg. 120</sup>  
<sup>Luc. 23.</sup>

one,  
Et  
tem  
xenā  
re-  
ni-  
em  
ini-  
tor  
me  
rtis  
Ma-  
ni-  
Do  
on  
ro  
ci-  
ri-  
ut  
o-  
n'  
or  
n-  
i-  
>.  
&  
e-  
n  
x  
-